



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quare dormienti viro, & non vigilanti subtracta sit costa. D

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*in principio.  
G o. ord. ad  
illud Gen.  
2. Costam  
quam tule-  
rat.*

*Aug. lib. 9.  
c. 13. de Ge-  
nesi ad Lite-  
ram.*

*Aug. adver-  
sum 5. Psal.  
56. tom. 8.*

formata est: ut ostenderetur, quia in consortium creabatur dilectionis, ne forte si fuisset de capite facta, viro ad dominationem videretur preferenda: aut si de pedibus, ad seruitutem subiecta: Quia igitur viro nec domina, nec ancilla parabatur, sed sociam: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda: ut iuxta se ponendam cognosceret, quam de suo latere sumptam didicisset.

Quare dormienti, & non vigilanti costam subtrahita est.

Non sine causa dormienti quoque viro potius quam vigilanti detracta est costam, de qua mulier in adiutorium generationis viro est formata: scilicet ut nullam in eo sensisse penitentiem monstraretur, & diuinæ simul potentiaz opus mirabile ostenderetur, quod hominis dormientis latum aperuit: nec eum tamquam à quiete soporis excitauit. In quo etiam opere sacramentum Christi, & Ecclesiæ figuratum est. Quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est: ita Ecclesia ex sacramentis, que de latere Christi in truce dormientis profluxerunt, scilicet, sanguine & aqua, quibus redimimur a peccatis atque ablui- mor a culpis.

Quod de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit per Dei potentiam sicut quinq[ue] panes in se multiplicati sunt.

Solet etiam queri, Vtrum de illa costa sine adiectione rei extrinsecæ facta sit mulier? Quod quibusdam non placuit. Cæterum si ad perficiendum corporeum mulieris Deus extrinsecum augmentum addisset, maius illud esset quam ipsa costa. Ideoque potius de illo addito, quam de ipsa costa, mulier facta deberet dici, de quod plures accépisset substantiaz partes. Restat ergo, ut de sola ipsius costæ substantia sine omni extrinseco additamento, per diuinam potentiam in semetipsa multiplicata mulieris corporeum factum dicatur: eo sane miraculo quod postea de quinque